



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Liber De Regno Dei, De Qvo Christvs Loqvvtvs Per Dies
quadraginta**

Flavin, Melchior de

Parisiis, 1566

Quomodo regnum patris datum Christo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29986

Pfal. 74. iecto, ablata est omnino prophetia *Pfal.*
 74. Item sceptrum, sacerdotium, miracu-
 la, templum, desierunt esse regnum Dei.
 Auferetur, inquit Christus, à vobis regnū
 Dei, non vltra super vos regnabit pater
 meus, sed princeps huius mundi, *Luce* 11.
Joan. 19. Spreuerunt enim suum regem Christum
Luc. 11. dicentes: non habemus regem nisi Cęsa-
 rem. Sed qui spernit filium, spernit & pa-
 trem qui eum misit. Tametsi postremis
 diebus, quęrent Dominum Deum suum
 & David regem suum. *Ozeæ* 3. Regnum
 illud vniuersale nactus est Christus *Heb.*
 1. & 2. *Ioan.* 13. Omnia dedit ei pater in
 manus & 17. Omnia mea tua sunt, *Matt.*
 11. Omnia mihi tradita sunt à patre meo,
 & 28. Data est mihi omnis potestas, in cę-
 lo & in terra. Idem *Dan.* 7. *Apoc.* 19. *Eph.*
 1. *Phil.* 2. 1. ad *Corinth.* 15. Christus enim
 Deus quemadmodum est vnus cum pa-
 tre. *Ioan.* 10. 14. & 1. *Ioan.* 5. Ita cum patre
 est vnus æternus rex, sed postquā factus
 est homo, constitutus est heres omnium,
Heb. 1. Sicut enim Adam, non habens a-
 liū patrem, à Deo dicitur eius filius. *Lu-*
cæ 3. Hæres & princeps mundi, *Gen.* 1. &
Pfal. 8. sic Christus non habens alium pa-

CAP. 3.

Quomodo
 regnum pa-
 tris datum
 Christo.

Ozeæ 3.*Hebr.* 1.2. *Ioan.* 13.*Ioan.* 17.*Matth.* 11.*Dan.* 7.*Apoc.* 19.*Ephes.* 1.*Philip.* 2.1. *Cor.* 15.*Ioan.* 10.

e. 14.

1. *Ioan.* 5.*Hebr.* 1.*Luc.* 3.*Genes.* 1.*Pfal.* 8.

trē carnis, quā Deū, dicitur filius Dei, *Cautē & sa-
piēter legito*
 etiam pręter diuinitatem, & omnium hæ-
 res & rex: Nam quemadmodum de Deo
 dicitur Esa. 45. Mihi flectetur omne ge- *Esaie 45.*
 nu, & confitebitur omnis lingua. Ro. 14. *Rom. 14.*
 Sic de Christo ad Phil. 2. In nomine Ie- *Philip. 2.*
 su flectatur omne genu, . cęlestium
 terrestrium, & infernorum, & omnis lin-
 gua confiteatur, quia dominus est Iesus
 Christ⁹, idq; in gloriā dei patris. Accede-
 re enim ad pedes alicuius, & genua flecte-
 re symbolum est reuerentię, & subiection-
 nis. Gen. 18. & 19. & 23. Quod est Deo pe-
 culiare. sed. Esa. 42. Gloriam meam alteri
 non dabo. Christus ergo deus est. Illud
 Christi supremum imperium patuit, cum
 omnia nutui eius obedierint, agnoue-
 rintque dominum suum, cęlum, terra,
 mare, venti, mors, vita, ægritudines, &
 quicquid fuit creaturam cum ille appa-
 ruit nobis in carne deus, in cuius solo no-
 mine facta sunt miracula à sua accessione
 in hunc mundum: in nomine enim suo
 omnia suis cultoribus obediunt. *Math. 17.*
 17. & *Marc. 16.* Et non tantum dono cõ-
 secutus est. Illud Imperium super omnia.
 quinimo etiam suo merito. *Ephes. 1.*
Heb. 2.

Philip. 2. 2. & *Phil. 2.* Factus obediens vsque ad mortem, propter quod deus exaltauit illum, & dedit ei nomen quod est super omne nomen, & *Lu. 24.* oportuit Christū pati, & sic intrare in gloriam regni sui.

Luc. 24.

Genes. 49. Vnde *Gen. 49.* Ei scilicet Messia, aggregabuntur populi glo. Hæb. rabbi Mossæ Hadarsan vsque ad Messiam reges. Dei cultores, regnarunt tantum apud Iudeos, sed Messia aggregabuntur omnes populi. *Psal. 71.* Dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarū. Idem. *Psal. 2.* & *Dan. 2.* Quod antiqui Talmudistæ de Messia intellexerunt. Vnde in Beressit rabba. *Gen. 42.* Ioseph. ipse potens factus est super terram Tradiderunt בנינו, Id est doctores nostri quod decem dominati sunt toti orbi deus primus qui dixit, & creatus est mundus. *Psal. 44.* Dominus vniuersorum tu es. Secūdus Nem-roth. post multiplicationem generis humani. Nam in principio Adam erat rex mundi. *Gen. 1.* Tertius Ioseph, quartus Salomon, quintus Nabucod. sextus Darius, septimus Cyrus. *1. Efd. 1.* & *1. Paral. vlt.* Octauus, Alexander, qui *Dan. 8.* dicitur hircus nouus

Octauia-

1. Esdr. 1.
2. Para vlt.
Dan. 8.

Octavianus decimus Messias, per quem redibit regnum ad dominum & regem primum. *Esa. 44.* sic dixit deus rex Israel, *Esaie. 44.* Ego primus & nouissimus. Christus ergo Deus est: vtcunque reclament & Iudei & Arriani, de regno Christi in Beressit Rabba. *Genes. 28.* Egressus Iacob, &c. *Glo. Gene. 28.* Quis tu mons magne? *Zach. 4.* Mons magnus est Messias. Quare mons magnus? quia maior quam patres, sicut scriptum est *Esa. 52.* Ecce eleuabitur plus quam Abraham. de quo. *Gen. 14.* Leuo manus meas, &c. Exaltabitur plus quam Moyfes. de quo *Num. 11.* Exalta eum in sinum tuum. &c. *Numer. 11* Sublimis erit, plus quam angeli ministerij diuini de quibus. *Zacha. 1.* Sublimitas eorum, &c. De regno eius. *Act. 2.* Dominum eum & Christum fecit Deus, cuius regnum & potestatem omnes creaturæ cognouerunt angeli. *Ioã. 1.* & *Mat. 4.* *Lu. 22.* Dæmones. *Matth. 8.* *Mar. 5.* & *Lu. 8.* Corpora cælestia in passione, resurrectione, & vindicta mortis Christi: quæ adduxit famem. *Ioan. 1.* *Matth. 4.* *Luc. 22.* *Matth. 8.* *Marc. 5.* & *Luc. 8.* *Act. 7.* & *13* *Lucæ 21.* *Act. 7.* & *13* *Lucæ 21.* A. 7. & 11. & *Luc. 21.* Pestilentiam, terremotum. Vnde quæ signa præcesserint illud exitium hierosolymitanum, in sole, luna, & stellis & aciebus celestibus. *Mat. 24.* *Matth. 24.*

B

Luc. 21.

Luc. 21. De quibus fusissimè Iosephus & Egesipp⁹, terra, mare, pisces, panes, mors, vita, infernus, dæmones nedū vni Christo obtemperant, prætermisso vsu nature: Quinimo dedit suis eam facultatē, vt in nomine Christi subijciant omne quod non est Deus. Matth. 10. Luc. 9. & 10. &

Math. 10.

Luc. 9. & 10.

Marc. 16.

Matth. 7.

Mar. 16. & nedum iustis sed etiam impiis in nomine Christi. Matthæi 7. In nomine tuo prophetauimus, & virtutes multas fecimus, quibus dicit. Non noui vos &

Luc. 9.

Luc. 9. Præceptor vidimus quendam, in nomine tuo eijcientem dæmonia, & prohibuimus eum, quia non sequitur nobiscum seu nos, ideo iussit suum euāgelium

Marc. 16.

omni creaturæ proponi. Mar. 16. Quandoquidem omnes senserunt aduētum filij Dei in mundum & virtutem nominis

*Hieronymus
in vita Papæ
li primi be-
venite.*

eius. Vnde Satyrus coram diuo Antonio fatetur Christū & rogat vt eum oret pro se & sociis suis, quem cognouerunt descendisse, & suscepisse humanam carnē.

Daniel. 2.

Nullus vnquam nactus est Monarchiam totius vniuersi præter Christum, cuius regnum oriturum erat tempore quartæ monarchiæ. Dan. 2. Licet nūc occultè regnet donec ponat inimicos suos sub pedibus

sed veniet quando patebit toti mundo,
 quando manifestabitur in nube. Act. 1. &
 Dan. 7. tunc ei omnia subijcientur tunc
 plena manifestatio regni Christi. Heb. 2.
 1. ad Corint. 15. Matth. 25. & 1. Timoth. 6.
 Tunc videbunt filium hominis in maie-
 state sua, cum omnibus angelis sanctis.
 Matth. 24. & Luc. 21. qui omnibus decer-
 net vt prudēs agonoteta secundū vniuf-
 cuiusque merita. Apo. vlti. Ecce venio ci-
 tō, & merces mea mecum est, dare vnicui
 que iuxta opera sua. Tunc non dicet Pi-
 latus ergo rex es tu. Nam videbit eū om-
 nis oculus & qui eum pupugerunt in ma-
 iestate sua. Equidem in primo suo aduē-
 tu, destraxit præcipuum omnium regno-
 rum, cui fidebant idololatriam videlicet.
 Nam religio est præcipuum in omni re-
 gno, & istud est maximū miraculū, quod
 nullus propheta potuit stirpitūs delere
 omnē idololatriam. Sed in secundo eua-
 cuabit omnem principatum & potesta-
 tem. 1. Corin. 15. Tūc ei omnia erunt sub-
 iecta, præter eum qui subiecit sibi omnia.
 Enimuero vniuersale imperium obtinuit
 pro se Christus, sed possessionem pro no-
 bis. Mat. 25. Possidete paratum vobis te-

Acto. 1.
 Daniel. 7.
 Heb. 2.
 1. Corin. 15.
 Matth. 25.
 1. Timot. 6.

Apo. vlti.

Zacha. 12.
 Ioan. 19.
 Apoca. 1.

Religio est
 præcipuū in
 omni regno.

1. Corin. 15.

Matth. 25.

Roma. 14.
Galat. 4.

gnum: tūc nobis omnia subiecta, ceu co-
heredibus Christi. Rom. 14. & Gal. 4. tunc
non erimus sub tutoribus, ad Gal. 4. Ha-
ctenus de regno Christi vniuersali, quod
dono accepit.

C A P. 4.

*De peculiari regno Christi super Ec-
clesiam, quod dicitur regnum
caeli. Dan. 2.*



Psal. 77.

2. Regum 5.

& 7.

Numer. 20.

Deutero. 23.

Iudicum 20.

1. Reg. 17.

Iudicum 7.

Psal. 149.

Ioan. 18.

Mich. 5.

Regnum particulare patris su-
per ecclesiam est, & populū
suum, in quo regnat per fidē
verbum suum, & spiritū san-
ctum, vnde praecipue dicitur
rex Israel psal. 77. & 2. Reg. 5. & 7. Id est
populi fidelis, qui dicitur ecclesia Dei
Num. 20. Deut. 23. Iudicum. 20. 1. Reg. 17.
& Iudic. 7. Ecclesia sanctorum. Psal. 149.
Vnde quia rex est caelestis, & administra-
tio spiritualis, dicitur regnū caelorum: con-
trariū regno carnali de quo Ioan. 18. Re-
gnum meum non est de hoc mundo. Il-
lud praebitum est Christo. Mich. 5. Ex te
enim exiet dux, qui regat populū meum
Israel. Quod regnum Iudæi cum fanati-
cis anabaptistis, somniant tēporale. Nos
enim credimus illud spirituale habēs pro